



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Aegyptio, cuius in Actis Apostolorum mentio facta est. Cap. XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

## EVSEBII HISTORIAE

stantes confodisse. Quibus vulnere cōcidentibus , ipsos ; homicidas opinionem hominibus attulisse, sē ex eorum , numero esse, qui talium virorum mortem iniquo animo , ferre videbantur, cœpisseq; vna cum illis de rei indigni- , tate conqueri . Ac propterea omnino præ verisimili & , credibili rei specie, incognitos & minime depræhensos , latitasse. Primum autem ab illis Ionathan principem sa- , cerdotum interemptum esse: post eius interitum in dies , singulos alios nonnullos trucidatos : vnde calamitatis , timor cuiusq; animo incussus (singulis enim temporum , articulis quisq; mortem, perinde ac si in procinctu suis- , set, sibi imminere expectabat) ipsa calamitate multo plus , habuit acerbitatis .

*De Aegyptio, cuius in Actis Apostolorum mentio  
facta est. C A P. XX.*

**D**Einceptus vbi alia commemorauerit, hæc præterea , adiungit, Falsus quidē & adumbratus propheta Ae- , gyptius. Iudæos plaga illis, quæ supra citatæ sunt , grauiore acerbioreq; afflictauit. Nam in regionē illorū , homo ille præstigiator ingressus, nomen prophetæ sibi , ipse falso imposuit, atq; adeo circiter triginta millia ho- , minum, quos suis præstigijs in fraudem pellexisset in vnu , coegit. Quibus ex loco deserto in montem Oliuarum . subductis, inde constituit Hierosolymam vi & armis ad- , oriri: atque si forte Romanorum præsidia & populum , Iudaicum euinceret, tyrannidem exercere, illisq; pro sti- , patoribus vti, qui vna cum ipso in urbem irruptionem , fecissent. Verum perditum eius conatum præuertens Fe- , lix, cū armata manu Romanorū, illi obuiam audacter pro- , cedere: & vniuersa populi multitudo ad urbis propug- , nationem pariter sublido venire cœpit: adeo vt simul , atq; coeptum erat manu configere, Aegyptius cum pau- , cis fugam caperret: maxima autem pars eorum, qui cū , illo societatem coiuissent, aut prelio interiit, aut capti- , uia abducta fuit. Hæc Iosephus in secundo historiarum , libro de Iudæorum captiuitate. Cæterum operæ pretiū , est his, quæ de hoc Aegyptio isto loco explicata sunt, il- , la etiā quæ de eodem in Actis Apostolorum scribuntur,

adiun-

adiungere. In quo libro sit mentio, quomodo Felice Iudeam gubernante, Apostolo Paulo (cum Iudeorū multitudo coniurationem cōtra eum fecisset) à tribuno plebis, Hierosolymis dictum sit: Nonne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Sed de Felice hactenus.

*Quod Paulus, cum ex Iudea Romam vincitus ad purgandum se missus erat, omni accusatione liberatus est. CAP. XXI.*

**H**ic vero, Neronis mādato, succēsisit Festus: sub cuius prefectura cum Paulus ibi causam pro se egisset, vincitus Romam deducitur. Aristarchus comes illi *Colos. 4.* aderat, quem in quodam loco epistolarum conceptiuū non immerito appellat. Quinetiam Lucas, qui Acta Apóstolorū literis prodidit, historiæ finem facit his fere verbis. Paulus biennio integro Romæ quietus ac liber com moratus est, & Dei verbum absq; impedimento prædicavit. Tandem vero, cū pro se in iudicio respondisset, traditum est eum ad euangelium passim prædicandum se de novo recepisse. Ac postquam ciuitatem secundò aduentu uerat, beato martyrio extremum vitę diem obiisse. Quo quidem tempore vinculis constrictus, secundam contexuit ad Timotheum epistolam, in qua tum prioris caussæ suæ defensionis, tum migrationis ex hac vita, quæ è vestibilio infecuta est, mentionem facit. verum istarum rerū illius ipsius accipe testimonia dicentis: In prima mea defensione, nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerūt. Ne illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & cōfortauit me, ut per me prædicatio adimpleretur, & audirent omnes gentes: quia liberatus sum ex ore leonis. Quibus plane satis dilucide ostendit, quod antea (ut prædicatio per illum perfecte expleretur) erexitur ex ore leonis. Atq; isto nomine, ut probabile est, Neronem propter animi crudelitatem nuncupauit. Ob eamq; ipsam caussam nō dissimile quiddā deinceps adiicit. Liberabit, inquit, me ex ore leonis. Nā sacro sancti spiritus instinctu exitū eiusiam breui futurum præuidit. Ac propterea adiūgit:

E 3 libera-

*2. Tim. 4.*